ἔπειτα μήτηρ καὶ γυνή, διπλοῦν ἔπος,
πλεκταῖσιν ἀρτάναισι λωβᾶται βίον·
τρίτον δ' ἀδελφὼ δύο μίαν καθ' ἡμέραν
αὐτοκτονοῦντε τὼ ταλαιπώρω μόρον
κοινὸν κατειργάσαντ' ἐπ' ἀλλήλοιν χεροῖν.
νῦν δ' αὖ μόνα δὴ νὼ λελειμμένα, σκόπει,
ὅσῳ κάκιστ' ὀλούμεθ', εἰ νόμου βίᾳ
ψῆφον τυράννων ἢ κράτη παρέξιμεν.
ἀλλ' ἐννοεῖν χρὴ τοῦτο μέν, γυναῖχ' ὅτι
ἔφυμεν ὡς πρὸς ἄνδρας οὐ μαχουμένα·
ἔπειτα δ', οὕνεκ' ἀρχόμεσθ' ἐκ κρεισσόνων
καὶ ταῦτ' ἀκούειν κἄτι τῶνδ' ἀλγίονα.
ἐγὼ μὲν οὖν αἰτοῦσα τοὺς ὑπὸ χθονὸς

nis πρὸς ita ut hic usurpatae aliquot exempla attulit Krueg. II § 68, 37, 7. Cfr. inprimis O. R. 1236 τέθνηκε .. πρὸς τίνος ποτ' αἰτίας;

V. 53. Schol.: διπλοῦν ἔπος· διπλοῦν ὄνομα ἔχουσα, μήτηρ τε καὶ γυνή. Dicitur Iocasta contra naturam quasi bifaria mulier fuisse, quod eiusdem hominis et mater et uxor fuerit, nobis 'Mutter und Gattin in einer Person'. Διπλοῦν igitur significat, qoud alias separari soleat, in matre coniunctum fuisse.

V. 54. Schol.: ἀρτάναισι· ἀγχόναις. λωβᾶται· ἀφανίζει, ἀπόλλυσιν.

V. 56. αὐτοκτονοῦντε] Confert Neuius Aesch. Spt. c. Th. 681 θάνατος ὧδ' αὐτοκτόνος. ibid. 734 ἐπειδὰν αὐτοκτόνως αὐτοδάϊκτοι θάνωσι. 805 ἐκ χερῶν αὐτοκτόνων.

V. 57. Non male Hermannus videtur correxisse ἐπαλλήλοιν χεροῖν. Conicere vero etiam possis ita scripsisse Sophoclem: τρίτον δ' ἀδελφὼ δύο μίαν καθ' ἡμέραν κοινὸν κατειργάσαντ' ἐπ' ἀλλήλοιν μόρον.

V. 59. νόμου βίᾳ] Lege invita. Vide ad O. C. v. 657.

V. 61. τοῦτο μέν] Respondet v. 63 ἔπειτα δέ pro solito τοῦτο δέ. Cfr. τοῦτο μὲν — τοῦτ' αὖθις infra 167, τοῦτο μὲν — τοῦτ' ἄλλο O. R. 605, τοῦτο μὲν — καὶ πάλιν Demosth. IX § 24. De sententia cfr. El. 997 γυνὴ μὲν οὐδ' ἀνὴρ ἔφυς, σθένεις δ' ἔλασσον τῶν ἐναντίων χερί.

V. 63. Pro ἔπειτα δ' οὕνεκ' scripsisse videtur poeta ἔπειθ' ὁθούνεκ', cum nulla causa sit cur iustum dicendi genus reliquerit. Eur. Cycl. 3 ἔπειτά γ' in ἔπειθ' ὅτ' ab Hermanno emendatum est.

V. 64. De infinitivo ἀκούειν ex ἀρχόμεσθα ἐκ κρεισσόνων apto cfr. Matth. gr. § 532. d, ubi exempla collata sunt non omnia illa quidem huic loco similia, aliquot tamen accommodata ut Aesch. Sept. c. Th. 15 ὑμᾶς δὲ χρὴ .. πόλει τ' ἀρήγειν καὶ θεῶν ἐγχωρίων βωμοῖσι, τιμὰς μὴ 'ξαλειφθῆναί ποτε. Cf. infra 1076 ληφθῆναι. Minus recte Fr. Iacobsius οὕνεκα interpretatur 'quoniam' et ad verba ἔπειτα δὲ .. ἀκούειν ex antecedentibus adsumit verbum χρή. — ταῦτα ἀκούειν: 'his sive huiusmodi imperiis obtemperare'. Cfr. v. 666 sq. et quam ibi adscripsimus sententiam, El. 340, et, quod similiter dictum, huius fab. v. 219: ἀπιστεῖν τάδε, 'huic edicto non obtemperare'. Adde quae ad Ai. 1243 et Trachin. 1228 adnotavimus.

V. 65. Schol.: τοὺς ὑπὸ χθονός· ἢ τὸν Πολυνείκη, ἢ τοὺς χθονίους δαίμονας· πιθανῶς δὲ καὶ τοῦ πρέποντος ἐφρόντισε· φησὶ γάρ, ὅτι ἀπολογήσομαι τοῖς κατὰ χθονός. Iacobsius